Nobiliss.o d. Constantino Huygenio s.

ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Placet, Vir Spectatissime, conditio de Noviomago tua, ut comminus agamus. Quod ego interea ad elaboratissimum epigramma tuum reponam non invenio. Quis ego, nanus ad illum quem tua Musa pinxit sive Janum, sive Herculem? De Schurmanna nostros mitto, quos vel in itinere legas, lusus; ut videas quam in eius admiratione uterque conspiremus, judicesque an post Bataviæ quæ magni Heroes occuparunt miranda, nostris etiam quos vidisti Martinis atque Annis in Batavia ornanda possit esse locus? Vale, Vir Spectatiss.e, et quod mirifice facis, ama Batavici nominis studiosissimum

Tuum

Noviomagi, Pridie Idus VIIIbris Jul:
A° CIƆIƆCXL.

Johannem Smith

Quas vides, Spectatissime Huygeni, heri sub meridiem obsignare parabam, cum aliæ mihi à te adferuntur, quibus nuncias tibi Principis festinatione moram in oppido nostro negari. Et mihi concio quæ eadem, qua huc transis hora, habenda venit, occursum negat. Si quod nuper injeci Leidam ivero, vel Hagam te sequar. Nutricem in carmine ut voluisti cum parente commutavi. Avocor. Bene vale publico patriæ bono.

T. T.
J. Smith

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 17
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2560

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 17
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2560

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Smith) 17
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2560